



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmmæ Virtvtvm, Ac Vitiorvm , Tomus ...**

**Guilelmus <Peraldu>**

**Lvgdvni, 1585**

De ordine virtutum cardinalium adinuicem, & ordine discendorum in hoc tractatu. Cap. I.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46132)

**D**ico de prudentia, quæ est inter cardinales virtutes, quæ  
ordinet ceteras, & sit in vi rationali quæ videtur  
nobilior concupiscibili & irascibili, quia ea discernit  
homo ab animalibus brutis, dicendum est de aliis tribus. Et  
modo de Temperantia & Fortitudine, quàm de Iustitia: quia temperan-  
tia, & fortitudo ad iustitiã disponunt & præparant, sicut  
pudicitia quæ temperantia refranat, & timor cui fortitudo  
stet, iustitiã à suo officio impediunt. Et prius dicitur de Tem-  
perantia, quàm de Fortitudine: quia temperantia animam  
nat ad id quod est infra se, scilicet ad bona quæ corpori feruntur  
fortitudo ad id quod est contra, scilicet aduerfa. Itē temperan-  
tia regit homo seipsum, fortitudine & iustitia alios. Prius  
& homini vtilius est regere se, quàm regere alios. Sene. si vis  
niam tibi subiicere, subiice te rationi: multos enim reges, si  
te rexerit. Itē temperantia refranat concupiscentiam animæ  
ca bona modica & inferiora, fortitudo verò roborat eam  
bona ardua. Illa spiritualem descensum animæ cohibet, illa  
rituale ascensum promouet. Cohibitio verò à spirituali descen-  
su est prior ascensu spirituali. Item temperantia est in concu-  
scibili: fortitudo verò in irascibili. Operatio verò concupiscibilis  
naturaliter videtur esse prior, quàm operatio irascibilis. Vis  
concupiscibilis est appetitiua boni delectabilis. Irascibilis est  
petitiua boni ardui expediētis: vt est medicina vel scissura  
fit propter salutē corporis. Bonū verò expediēs bonū est  
dū quid bonū verò delectabile, bonū simpliciter, & propter  
est bonū expediēs. Vnde appetitus boni delectabilis naturaliter  
est prior appetitu boni expediētis, & est naturalis. Atque  
de naturis animalium: Omnia naturaliter appetūt delectationem  
Itē vis concupiscibilis motiua est, secundū apprehensionē  
vis irascibilis secundū apprehensionē mali. Sicut enim per  
prehesionē boni expectati in concupiscibili fit motus cupiscenti-  
tis, & per eius adeptionē seu cōiunctionē fit quies, vel gaudium  
anima: sic per apprehensionē mali quod aliquis opinatur subuen-  
turū, est timor in irascibili: & per illationē mali quod præuen-  
mebat, siue per ablationē boni quod concupiscebatur, fit percu-  
tio vel ira in irascibili, & sequitur appetitus vindictæ. Vnde  
Auiicēna, quæ vis concupiscibilis est imperās moueri, vt appropin-  
quetur ad ea quæ sunt necessaria, aut vtilia appetitiu delectationis  
ti. Irascibilis verò est vis imperās moueri ad repellendū id quod

putatur nocivum, aut corrumpēs appetitu vincendi. Vnde cum bonum prius naturaliter sit, quàm malum: malum enim dicitur aliquid, secundum Aug. quod adimit bonū, vel nocet bono, operatio concupiscibilis quæ est secundum apprehensionem boni, prior est naturaliter, quàm operatio irascibilis quæ est secundum apprehensionem mali. Præterea primus insultus à diabolo factus primis parentibus videtur fuisse contra temperantiã. Et in pugna Christi prima tentatio fuit contra virtutem temperantiæ. Prima etiã pars vitæ nostræ alluescit voluptatibus, quarum refrægnatio ad temperantiã pertinet. Propter istas causas merito temperantia fortitudini præponetur: & secundum hunc ordinem modo ostensum numeratur quatuor virtutes, super illud Matt. 23. Erant qui manducaverant, quatuor millia hominum. Gloss. quatuor, propter quatuor virtutes, quibus recte vivitur, prudentiam, temperantiã, fortitudinem & iustitiã. Eodem etiã ordine enumerantur Genes. 2. in glo. super illud, Qui dividitur in quatuor capita. De temperantiã verò hoc modo dicitur. Primò dicitur acceptio huius nominis, Temperantia, assignabuntur. Secundo descriptiones eius ponentur. Tertio ea quæ pertinent ad eius commendationem. Quarto agitur de partibus temperantiæ.

*De diversis acceptionibus huius nominis Temperantia. CAP. II.*

**N**otandum quòd nomen temperantiæ tripliciter accipitur. Primo pro temperantia in generali, ad quam pertinet cetera circa omne opus virtutis, ne quid parum vel nimis fiat. Ad eam pertinet moderari opus virtutis illo modo de quo loquitur Horatius: Est modus in rebus, sunt certi deniq; fines: Quos ultra citraq; nequit consistere rectum. Sic sumere videtur nomen temperantiæ Bernar. in lib. de consideratione: Temperantiã est, inquit, non solum iustitiæ, sed & fortitudini, & prudentiã, modum imponere. Secundo modo dicitur temperantia virtus animi imperus non rectos cohibens. Sic sumitur à Tullio in prima Rhetorica. Tertio dicitur temperantia virtus animam regens circa delectationes corporales, siue circa delectationes quinque sensuum. Gloss. super Matth. 15. Temperantia est refrægnatio cupiditatis ab his quæ temporaliter delectant. Et Aug. dicit temperantiã esse in coërcendis delectationibus pravis.

*De descriptione Temperantiæ.*

*CAP. III.*

**T**emperantia sic describitur à Tullio in prima Rhetorica: Temperantia est rationis in libidinem atq; alios non rectos animi impetus firma & moderata dominatio. Libidinem hic intellige cupiditatē carnalis delectationis. Alios impetus animi